Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

hec ago. in aula ingenti memorie mee. ibi enim in celu et terra et
mare presto sunt. cum omnibus que inde sentire potui. preter illa que
oblitus sum. ibi in et ipse occurro. mecum recolo. quid quando
et ubi egerim. quo modo cum agerem affectus fuerim. ibi
sunt omnia que siue experta ame siue credita meminimus. ex eadem
copia similitudines rerum tam exptarum. vel eas quas exptus sum
creditarum. alias atque alias. et ipse contexo preteritas. atque ex
his et iam futuras actiones. et euentia. et spes. et hec omnia
rursus quasi presentia meditor: faciam. hoc et illud dico
apud me in ipso ingenti sinu animi mei. pleno tot et
tantarum rerum imaginibus. et hoc aut illud sequetur: si
fit hoc aut illud. auertat deus hoc aut illud. Dico apud
me ista. et cum dico. presto sunt imagines omnium que dico. ex eo
de thesauro memorie nec omnino aliquid eorum dicerem
si defuissent. Magna ista uis est memorie. magna nimis deus
mis. penetrale amplum et infinitum quis ad fundum
eius peuenit. Et uis hec animi mei atque ad meam naturam
pertinet. nec ego ipse capio totum quod sum. Ergo animus
ad habitandum se ipsum angustus est: ubi est quod totum non capit.
Numquid extra ipsum ac non in ipso. Quomodo ergo non capit. Multa
mirabilia super hoc oborta sunt admiratio. stupor apprehendit me et eruunt
homines mirari alta montium. et ingentes fluctus maris. et
latissimos lapsus fluminum. et oceani ambitum et gyros sydera
rum. et relinquunt se ipsos. nec mirantur quod hec omnia cum
dicerem non ea uidebam oculis. nec tamen dicerem nisi montes.
et fluctus. et flumina. et sydera. que uidi et oceanum que
credidi. intus in memoria mea uiderem spacius tam in
gentibus quasi foris uiderem nec tamen ea uidendo ab sor
bui. quando uidi oculis. nec ipsa sunt apud me sed imagi